

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Forma Litterarum Romanarum in varijs Casibus verbatim expressa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

420 Pars 3. tract. 4. cap. 8. De Matrimonio.  
aut per Tabellarium communem : Terminando litteras in hunc fere modum : Dignetur Eminentia vestra rescribere N. N. in civitate N. pro tali Oppido N. Quod si in tali Oppido non sit Confessarius graduatus , vel si difficile sit illi aperire conscientiam , cum jam aperuerit alteri Confessario non graduato, hoc ipsum in litteris missis significetur.

Formam autem quā ad Supplicationem remitti solet Responsum Romanum , prout habetur apud de Leone , aliosque hic commodè subjicio , ex qua torus procedendi modus facile comprehendetur.

*Forma Litterarum Romanarum Pro eo qui Matrimonium in facie Ecclesiae contraxit cum Muliere eius Sororem prius carnaliter cognoverat , hac formā conceditur Dispensatio à Majori Panitentiaro Apostolico.*

**N**. N. Sancta Romana Ecclesia Presbyter Cardinalis. Discreto viro Confessori Magistro in Theologia , vel Decretorum Doctori , ex approbatis ab Ordinario , per Latorem presentium ad infra scripta specialiter eligendo , salutem in Domino.

Ex parte Latoris presentium nobis oblata petitio continebat : Quod ipse alias in facie Ecclesiae Matrimonium contraxit , & successivè consummavit cum muliere , cuius Sororem prius carnaliter cognoverat. Cum autem , & sicut eadem petitio subiungebat , dictus Lator proper impeditum ex premissis proveniens , ne queat in dicto Matrimonio remanere absque Sedis Apostolice dispensatione , & separatio inter ipsam & dictam mulierem fieri non potest absque scandalo ; ad id vitandum , ac pro sua conscientia quiete cupit Lator à premissis;

missis, qua occulta sunt, & de quibus plurimum dolet, per sacra Penitentiaria officium absolvit, secumque de super dispensari. Quare supplicari nobis fecit humiliter, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, qui Penitentiariæ Domini Papa curam gerimus, supplicationibus hujusmodi inclinati, autoritate Apostolicâ nobis specialiter concessâ discretioni tuae committimus: Quatenus si est ita, dictum Latorem, audiâ prius ejus sacramentali confessione, à quibusvis sententijs, censuris, & panis Ecclesiasticis, quas propter premissa quomodolibet incurrit ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta: injunctâ inde ei pro tam enormis libidinis excessu, gravi penitentiâ salutari, ac sacramentali confessione peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus, ut minimum semel & quoties anima sue saluti expedire judicaveris: & alijs que fuerint de jure injungenda. Demum, dummodè impedimentum ex premissis proveniens sit occultum, & separatio inter Latorem & dictam mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitatione verò, de incontinentia probabiliter timendum esse, tibi visum fuerit, & aliud canonicum non obstet; cum eodem Latore, ut dicta muliere de nullitate priori consensus certiorata, sed ita caute ut latoris delictum nusquam detegatur, matrimonium cum eadem & eterque inter se de novo, secretè ad evitanda scandala, premissis non obstantibus contrahere, & in eo postmodum remanere licet valeant, misericorditer dispenses, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde, legitimam decernendo in foro conscientie, & in actu Sacramentalis confessionis tantum & non aliter. Ita quod hujusmodi absolutio & dispensatio in foro judicario nullatenus suffragentur: nullis super his adhibitis testibus aut litteris datis, seu processibus confessis, sed presentibus laniatis, quas sub pena excommunicationis late sententia laniare tenearis, ita ut nullum illarum exemplum exstet, neque eas Latori restituas, quod si resti-

422 P. 15 3. tract. 4. cap. 8. De Matrimonio.  
si restitueris , nihil ipsi praesentes littera suffragentur.  
Datum Roma apud S. Petrum , sub sigillo officij Pan-  
tentiarie, 4. Septembris, Pontificatus Sanctissimi Domini  
Nostrri anno....

Pro eo enjus Votum simplex Religionis commutatur  
ad effectum contrahendi matrimonium.

**N**. N. Sancta Romana Ecclesia Presbyter Cardinalis.  
Discreto viro Confessori, Magistro in Theologia, vel  
Decretorum Doctori, ex approbatis ab Ordinario per La-  
torem præsentium ad infra scriptas sp̄cialiter eligendo,  
salutem in Domino. Ex parte Latoris præsentium nobis  
oblata petitio continet, quod ipse alias vorvit Religionem  
ingredi S. Francisci. Cum autem sicut eadem petitio sub-  
jungebat, lator prefatus ob stimulos carnis, quos patitur,  
continenter vivere posse diffidat : pro sue conscientia  
quiete cupit sibi votum hujusmodi in alia penitentia-  
era ad effectum contrahendi matrimonium per Sedem  
Apostolicam commutari. Quare supplicari fecit nobis  
humiliter ut sibi super his de opportuno remedio provide-  
re dignaremur. Nos igitur qui penitentiaria Domini Pa-  
pa curam gerimus, hujusmodi supplicationibus inclinati,  
authoritate Apostolica sp̄cialiter nobis concessa discrecio-  
ni tua committimus, quatenus si est ita, ac Latorem, au-  
dita prius ejus Sacramentali Confessione, stimulis carni  
adeo agitatum, ut maximè dubitet continere posse, &  
propterea de ejus incontinentia probabiliter imminent  
esse, per diligentem Latoris examinationem, ac post mo-  
nita, & consilia opportuna illi prestita inveneris:  
eundem latorem à mutatione propositi (quatenus tibi vides-  
tetur) absolvias hāc vice in forma Ecclesie consueta,  
in iuncta ei penitentia f. lutarī, sibique votum presatum  
ad hoc ut matrimonium contrahere licet pessit, in fre-  
quentiam Sacramentalis confessiois peccaterum suorum  
sibi singulis scilicet mensibus , ut mī. mī. mī. mī. mī. , vel  
quatuor

Pars ; tr. 4. cap. 8. De Matrimonio. 423  
quoties tibi videbitur, & in alia penitentia opera perpetua per te injungenda, inter qua sunt etiam aliqua Religionis, quam vorvit; qua quotidie teneatur facere ad eum finem, ut ea adimplens meminisse semper possit obligatus, qua hujusmodi voto adstringebatur, prout secundum Deum ipsum anima sainti expedire judicaveris, dispensando commutes in foro conscientiae, & in ipso actu sacramentalis confessionis tantum, & non aliter, neque ullo alio modo. Datum Rome apud S. Mariam maiorem, & cetera ut supra.

Pro harum ac simili litterarum executione.

Nota primò, Quando dicuntur litterae illæ dītigii ad Oratorem sive latorem, intellige, ad ipsum qui dispensationem petit sive per se, sive per alium, qui non debet eas aperire, sed eligere Confessarium Magistrum in Theologia, aut alium qualis initio litterarum scribitur, qui ea sibi ab Oratore traditas resignet, legat, & postea cum Oratore sive Latore dispenset, juxta commissionem in litteris expressam. Dum autem requiritur ut Confessor ille sit Magister, aut Doctor, non sufficit quod sit Doctor Ordinis, vel Professor, vel Licentiatus. Ex privilegio autem Confessariis Societatis Iesu concessò à Gregorio XIII. possunt etiam eligi alij Mendicantes, modò ad hoc à suis Superioribus facultatem habent, ut docet Paulus Leon, & Diana part. 4. tract. 4. resol. 41.

2. Debet Confessor electus dispensare in ipsa confessione, vel immediatè post illam peractam, præmissâ prius diligenti cause cognitione, nisi eam satis perspectam habeat: non est tamen necessarium exigere testes, aut juramentum, nisi aliunde sciret rem, aut causam pro dispensatione allegatam non subsistere, tunc enim dispensare non potest.

3. Opera

424 Pars 3. tract. 4. cap 8. De Matrimonio.

3. Opera in Litteris præscripta potest ex iusta causa moderari , non potest tamen ea condonare.

4. In absolvendo debet servare formam in Rituali Romano probatam , adeoque postquam dixit.

*Absolvo te à peccatis tuis, debet addere : Et eādem authoritate declaro te in dicto Matrimonio manere , & debitum conjugale reddere posse & debere ; nec non dispenso tecum ut idem debitum etiam exigere licet valeas ; in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti, Amen.*

Si sit absolvendus ab Excommunicatione , illius formam habes supra in tract. de absolutione.

Denique debet omnibus peractis Litteras ipsas lacerare, ac præcipue sigillum , ne possint in foro externo servire. Nihilque pro dispensatione , nequidem compensationis titulo accipendum, sub pena Excommunicationis majoris ipso facto incurriendæ. Adeò Curia Romana cupit suos Ministros ab omni labore simoniæ longissime abesse.

TRAC